

68.

Frater B(entivenga de Bentevengis, Kardinalbischof von Albano) empfiehlt einem Adligen den Iacobus Iohannis de Anagnia, Bruder des Minoriten P. de Anagnia.

Hs. fol. 12^r.

(1278—1289)

Frater B.⁴⁵⁾ etc. Religiosi viri fratris P. de Anagnia de ordine / fratrum Minorum dilecti nostri exigunt merita probitatis, ut ip[su]m et / suos favoris nostri suffra[gi]is prosequamur. Nos igitur obtent[u] et contem[platione] eiusdem fratris, qui nobis et f[r]atribus eiusdem ordinis [ob] sue v[ir]tutis gratiam acceptus est et plurimum gratosus, pro Iacobo Iohannis de / Anagnia, eiusdem fratris germano, qui est nostre iurisdictioni subiectus, nobilitatem vestram affectuose rogamus quatenus, eundem I. n[ost]rorum interventu precaminum specialiter commendatum habentes, eum [pro]sequa[mini] gratia et honore. /

69.

Frater B(entivenga de Bentevengis, Kardinalbischof von Albano) mahnt den Bischof von Ancona, Konservator der Privilegien der Minoriten (für Toscana, Valle Spoletana und Mark Ancona), für rasche Erledigung einer den Orden betreffenden Angelegenheit zu sorgen.

Hs. fol. 12^{rv}.

(1278—1289)

Venerabili in Christo patri .. Dei gratia episcopo An[coni]tano, conservatori privi[legiorum] / ordinis fratrum Minorum, frater B.⁴⁶⁾ etc. [...], ut [no]bis ex rel[igione] / et caritate / [...] dictam conser[va]cionem privilegiorum eiusdem ordinis / [...] et nunc efficaciter laboratis ac, fratres eiusdem / ordinis paterna providentia et caritatis visceribus amplectent[es], eos / ben[i]gne gratiarum et beneficiorum subsidii[s] confovetis. Ex quibus voti[va] / cordis letitia gratulamur et vobis ad gratiarum astringimur actiones, vestram / [...] paternitatem rogantes quatenus studiosius executi[onem] ra[ti]o[n]is et ferve[n]tius predictorum, ut circa vos predicti ordinis [de]votio / [...] exte[rior] et vestrorum meritorum cumulus ipsorum fratrum / [...] suffragiis augeatur plenius apud Deum. /

⁴⁵⁾ Vgl. den Brief 66.

⁴⁶⁾ Vgl. den Brief 66.